



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

12. Visitator, an possit quempiam ob crimen commissum citatione omissa
officio remove.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

imponi non potest, l. i. ff. cum preced. Pari ratione dicendum, Episcopum à sua Jurisdictione eximere non posse Ecclesiam, quæ necdum est in rerum natura. Rationes sicut totali Exemptioni totius ordinis præjudicari non potest; ita nec etiam exemptioni particularis alicujus Ecclesie construendæ, si illius Clerici sint Exempti. cap. cum dilectus ubi Innoc. de consuet. Federicus de Senis cons. 247. quod enim Juris est de quo quoad totum, ita de parte quo ad partem. l. qua de toto ff. si pars hered. firmaturque ab analogia fori quod est inter Laicos, & Clericos De qua ego supra lib. 1. qu. 4. Sicut enim Episcopus non potest concedere Ecclesie construendæ ut Laicus habeat in vocem c. nobis ubi Glo. jure patronat. Ita neque ut Ecclesia construenda à sua Jurisdictione & potestate eximatur. Federic. de Senis dicto consil. 241.

Neque obstat, quod ante Ecclesie ædificationem Episcopus plura possit capitula post illius ædificationem, quia id verum est si Capituli consensus accedat. Nam eo casu poterit eximere, licet non quoad omnia, alioqui secus. latè Farinac. Decret. lib. 3. part. 2. Abb. c. cum olim 2. nu. 4. de privileg. Nam ejusmodi tertius Juris remissionem sapit. Clem. 2. de reb. Ecclesie non alienandis, atque ita hanc Conclusionem, conciliandam censeo accedentibus iis quæ alibi scripti lib. 1. qu. 3.

Non obstat 2. quod dicitur Episcopum in quærendis quandoque præjudicari posse Ecclesie, quia id verum est si Capituli accedat consensus, alioquin secus. cap. quæst. 1. Abb. cap. cum olim nu. 4. de privileg.

Et ab istis rationibus pendet decisio quæstionis de qua ego alibi tom. 2. part. 2. scripti, videlicet num. concedi possit Exemptis facultas ædificandi Ecclesiam cum pacto, ut Episcopo subjiciatur. Conferunt etiam ea quæ infra notavi qu. 29.

Q U Æ S T I O XII.

Visitator an possit quempiam ob crimen commissum citatione non præviâ officio removere?

Distinguo: An privationis pœna incipiat à crimine, non à contumacia: Si à crimine, potest, si à contumacia non potest, monitione non præcedente. Feder. de Senis cons. 105. Quippe superflua esset eo in casu monitio, quo de delicto satis constaret, in omnemque eventum foret removeendus. cap. tua, de pœnis, signanter porrò in religiosis in quibus ordo Juris strictus non servatur c. qualiter 2. in fine de accus. secus verò si removendus, in suis exceptionibus esset audiendus, uti latè respondit idem Federicus cons. 79. contra tamen visitationem non admittentes, procedi potest ad censuram sine monitione Canonica, uti supra ostendimus qu. 3.

Q U Æ S T I O XIII.

Capitulum sede vacante, an tanquam Episcopus possit visitare moniales Exemptas auctoritate delegata?

Epi-